℣. Amávit eum Dóminus et ornávit eum. ℟. Stolam glóriæ índuit eum.

Oratio.

BEATI Patriárchæ Joseph, sanctíssimæ Genitrícis tuæ sponsi, quæsumus Dómine, méritis adjuvémur : ut quod possibílitas nostra non óbtinet ✠ ejus nobis intercessióne donétur : Qui vivis.

Ad Mem. S. Joseph in ij. Vesperis Ant. iij. toni.





℣. Amávit eum Dóminus. et Oratio Beáti Patriárchæ Joseph., ut supra.

DIE XII. FEBRUARII.

B. REGINALDI CONFESSORIS ORD. PRÆD.

DUPLEX.

Oratio.

OMNIPOTENS sempitérne Deus, qui beátum Confessórem tuum Regináldum singulári sanctíssimæ Genitrícis tuæ protectióne donásti ✠ illíus nobis méritis et précibus concéde ut ejúsdem gloriósæ semper Vírginis Maríæ perpétuo muniámur auxílio : Qui vivis.

DIE XIII. FEBRUARII.

S. CATHARINÆ DE RICCIIS VIRG. ORD. PRÆD.

TOTUM DUPLEX.

AD I. VESPERAS.

Super Ps. Ant. j. toni.